

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

LIBER

animata bisariam scinditur: Est enim altera litterata: altera illiterata: Litterata ut hominum: illiterata ut animalium. Eorum quæ sunt alia diuidua alia individua dicimus. Diuiduorum vero alia sunt similiūm partium: alia dissimiliūm: atq; in dividua qdē sunt quæq; divisionem non admittunt: & simplicia sunt neq; ex aliquo composita ut monadem punctum ac sonum: individua dicimus: Diuidua quæ sunt ex aliquo composita ut syllabæ & consonantiae & animantes & aqua & aurum. Similiūm partium sunt quæ ex similibus componuntur neque totum a parte nisi multitudine differt puta aqua atq; aurum & cetera huiusmodi. Dissimiliūm partium dicimus quæq; ex dissimilibus constant: ut est domus & huiusmodi cetera. Eorum quæ sunt alia per se alia uero ad aliquid dicuntur. Et ea quidem per se dicimus quæ nulla interpretatione ut intelligantur idigēt: Eiusmodi sunt homo equus & animalia reliqua: nihil enim horum interpretatione indiget: Ea uero ad aliquid dicuntur quæ interpretatione quadam egēt: ut est maius aliquo & aliquo celerius & melius & huiusmodi reliqua. Nāq; & maius minore maius est & celerius aliquo est celerius & in hunc modum cetera: Ita & priora diuidebat secūdum Aristotelem. Fuit autem & aliis plato philosophus Rhodius panætii discipulus ut ait seleucus grammaticus in primo de philosophia libro: & aliis peripateticus de Aristotelis ludo & aliis praxiphonis discipulus & aliis poeta priscae comoedia.

LAERTII DIOGENIS LIBER Q VARTVS.

SP EVSIP P VS ATHENIENSIS.

QVAE de platone dicenda erāt pro viribus diximus: quid de eo viro singuli sensissent studiose in unum corpus colligētes. Successit autem ei Speusippus Eurymedontis filius Atheniēsis: pago Myrrhinusius & platonis ex sorore natus. Octo aut annos scholæ platoicæ magister fuit: a cētesima octaua olympiade initium sumens: Gratiarumque signa in schola collocauit: quæ fuit a platone in academia constructa: perstitit autem intra platonis dogmata: et si moribus eiusmodi non fuit: Nanque & iracundus erat: & uoluptatibus dederat manus. Deniq; aiunt illum ira concitatum: Catulum in puteum iecisse. uoluptateq; delinitum in macedoniam ad cassandri nuptias profectum esse: Fertur & platonis discipulas lastheniam mantiniacam: & axiothecā philiasiā ipsum quoq; audituisse. Quo ēt tpe dionysius ita ad illum mordaciter scribens ait: & ex archade discipula tua phiam discere ossumus: & plato qdē gratis sua limia terētes dicebat. Tu uero tributa exigis: & a uolētibus ac noletibus accipis: prius hic: ut ait diodorus i prio cōmentario: i disciplis qd